



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 6. De periurio assertorio,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

nem, potestati exigentis proportionam: precepto imposito quod obligabit in conscientia, iuxta illud ad Romanos 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, damnationem sibi acquirunt.

Pena perjurii constituta ob perjurium.

78.

Porro grauissimum peccatum esse perjurium (quod pluribus Suarez tractat in praed. 3.) indicant paenae ob ipsum perjurii constituta: qua sunt: iure quidem diuino. Tum reatus eterna mortis, cum sit transgressio vnius ex preceptis, de quibus dictum est à Domino Mart. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Tum maledictio, seu afflictio in temporalibus: quam Deus apud Zachariam in cap. 5. minatur venturam ad domum iurantis in nomine suo mendaciter, & commoraturam in medio domus eius: & consumpturam illam, & ligna eius, & lapides eius.] Quo eritiam perire censeri potest illud Ecclesiastici 23. Vir multum iurans replebitur iniuriae, & non discedet à domo illius plaga.

Iure autem Canonico quatuor habentur constituta. Prima est (que iam relinquitur Confessarii arbitrio) ut prae in ungente eadem poenitentia, que pro fornicatione, aut adulterio, aut homicidio voluntarie commisso, ex capitulo 21. quæst. 1. Eratq; eiusmodi de penitentia ex cap. Quicunque, 6. quæst. 5. & ex cap. 1. aliquotque sequentibus, 22. quæst. 5. quod qui peccaverat, deberet & ieiunare in pane & aqua quadragesima diebus, si erat liber: si erat servus, deberat ieiunare tres Quadragesimas: & deinde septem annis agere poenitentiam, nec unquam admittebatur ad communionem nisi in hora mortis.

Secunda est: ut priuatur beneficio qui peccator: nempe si electus est ad beneficium, non confirmetur: sed irriteretur ipsius electio. ex cap. finali De iure iurando in 6. Si iam habeat beneficium, priuatur illo ex cap. Quicquam, extra eod. titulo. Nec tantum priuatus est omni beneficio, sed etiam debet inhabilis reddi ad omnem beneficium obtinendum in posterum, ex proxime seq. cap. Tu nos. Veruntamen paenæ illarum non incurruntur ipso iure: sed sunt per sententiam iudicis imponendæ, prout ostendit Suarez in eod. lib. 3. cap. 20. à num. 7.

Tertia paena est, quod peccator si falsum iuret & notoriis sit, efficiatur infamis ipso iure: ex cap. Infames, 6. q. 1. De qua pluribus Suarez, legendus ibid. à nu. 7.

Quarta paena est, ut perjurii non admittatur ad ferendum testimonium, ex cap. Quicquam, 6. quæst. 1. & ex cap. Parvuli 22. quæst. 5. Immo quantumvis in reliquis peccatis, quæ faciunt hominem infamem, peccator post perfectam poenitentiam, & emendationem vice, confessione infamia, admittatur ad testimonium: perjurii tamen nullum in quantum tempore admittitur: prout habetur ex cap. Testimonium De testibus & attestat. Per quod, ut ostendit Suarez in eodem cap. num. 19. non imponitur perjurio obligatio in conscientia ad ablinendum à iurando in posterum, erit in iudicio: sed solum paena: ut si ad iurandum accedit, possit repelliri per exceptionem vel accusacionem: præterim, videlicet num. 20. addit., cum perjurium fuerit commissum in iudicio, aut in pacto vel promissione solemni (nisi per metum aut aliquam iniuriam extortum sit) aut ab eo qui publica infamia laborat, quod solet peccare.

C A P . V I .

De perjurio assertorio.

S V M M A R I V M .

79. Perjurium assertorium est peccatum mortale, à quo nibil excusat nisi defectus plene delationis.
 80. Quod verum est de quicunque iuramento, quo falsum iuratur: aut verum quidem, sed existimat falso.
 81. Quid si sententia dicitur de eo, qui iurat illud de quo incertus est, aut quod ex se mat verum esse, cum ipse falsum.
 82. Difficultas de iuramento falso, quod per inadvertentiam profertur: an excusat à mortali.

83. Advertens ad iuramentum, sed non ad dictum falso: aut contra ad dictum falso: sed non ad iuramentum, excusat à mortali per inadvertentiam.

84. Consuetudo iurandi ex se non est, nec facit esse peccatum mortale.

85. Consuetudo iurandi non obstat quin peccans inaduertere, excusat à mortali.

86. Duo causæ excepti.

87. An per confutacionem iurandi constituantur quis in statu pecati mortali, & quid sit sentendum de iuramento assertorio, quo vere quidem iuratur, sed de re vanâ aut mala.

PER IURIVM assertorium dicitur, quo mendacium iuramento assertur: falsum videlicet affirmando, aut verum negando. Quod esse peccatum mortale constat ex D. Thomæ doctrina, proposta in praecedenti num. 7. Idque verum est in qualcumque materia, quacumque de causa, & sub quacumque forma iuratur: prout constat ex Bulla Martini quinti qui habetur in fine Concilij Constan. expresse scripta. Sotus lib. 8. De iust. & iure iugl. 2. art. 3. conclusione 2. & Caet. in verbo Perjurium, ac Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 5. & communem certamque sententiam esse, eosdem ac alios in eam referens, notat Suarez in eod. lib. 3. cap. 4. nu. 2. Adeo ut, addit. ibid. Caet. nulla in eadem assertio excusat, nisi ex imperfectione deliberationis seu aduentur, quam in praed. lib. 15. sub iustitia cap. 2. ostendimus à mortali excusat. Itaque, ut ait ibidem Sotus, siue parva siue magna fuerit materia in qua sit iuramentum falso, ipsum semper est mortale perjurium: quandoquidem semper in se notabilis est iniuria illa, que licet in modo, interrogatur Deo, tanquam futurus sit tellus mendacii, aut mendacio suffragatur. Id quod ab aliis perfectione perinde alienum est in re parua, ac in magna: cum tam vere mendacium sit, de re parua dictum, quam dictum de magna. Similiter, ut idem Sotus addit., per iurandum peccatum est mortale, quantumcumque simili ob quem sit, sit alias sanctissima, & causa pientissima eaque gravissima: ut si peccator a caudam mortem sive tibi, sive alteri innocentis, vel ad liberandam a prædictione vel in incendio rotam ciuitatem, vel eriam ad cripidium ab inferni fauibus animam: nullis enim talibus circumstatu perjurium assertorium sufficiatur, cum intrinsece malum sit, per notabilem quam includit Dei irreverentiam, tanquam libi in datam.

Addi pariter potest cum Caet. & Nauar. nullam neque propriam neque alienam virilitatem, vel necessitatem, ne quidem mortis, aut alterius cuiuscumque grauis periculum excusare a falso peccato. Talia enim non impediunt quominus Deus adhibeat testis mendacij. Nec obstat quod in cap. Verum De iure iurandi: quatur, eos non esse tanquam pro mortali puniendos, qui iuramenta metu extorti non seruauerint. Nam, prout D. Thom. 2. 2. quæst. 98. art. 3. al. 1. notat, id non video dicuntur, quod non peccent mortali: sed quod minor paena sit eis quam carceris penitus infligenda. Addi denique eadem ratione potest cum iudicem authoribus neque excusationem in hac re esse à mortali, quod ex animi leuitate, vel ex consueitudine, aut iocardi, vel exufandi aut purgandi se gratia, aut in furore percitus quis iurauerit: nisi tanta esset ira, quæ iurantem iudicium ad mortalem culpam sufficiens adimeret: ut bene notatum est à Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 10. Tantum enim absit ut levitas cause ob quam sic peccator, minuat malitiam perjurii, ut augear potius: quia maior tunc irreverentia Deo interrogatur: cum propter rem parvam, testimonium ipsum contemnitur. Quod notatum est à D. Thoma in eodem art. 3. ad 2.

Documenta de proposito perjurio.

S E C T I O N I .

Cæterum pro praxi ad particularia descendendo, oportet aliquot documenta notare. Primum est: proxime dicta procedere, siue per Deum, siue per creaturas in ipsum relatas, siue simpliciter, siue exercitorie iuramentum concipiatur: ut ex D. Bonaventura & Gabriele Nauar.

in præ-

in præced. num. 5. refert: ita ut mortaliter peccet qui perie-
rat sive iurando simpliciter per Deum, sive per sancta Eu-
angelia, aut per Beatam Virginem vel alium Sanctum: si-
ue per suam vitam, vel suam conscientiam: sive execratio-
rie dicendo, Ita me Deus adiuvet; comburat igne Sancti Antonij; Moriæ, &c. Quanquam grauius perjurium est
ceteris paribus, quando in telesm Deus expresse adduc-
tur, quam cum creatura in ipsum relata: vt D. Thomas ar-
tig in citata response ad 2.

Secundum documentum est, eum qui iurat verum, pu-
tans se iurare falso, mortaliter delinqueret: quia etiam id non sit perjurium materialiter, est tamen formaliter:
quia contra mentem formaliter loquitur iurando. Hoc
ab omnibus receptum esse inquit Nauar. in cit. cap. 12. n.
7. per autoritatem D. August. relatam in cap. Homines,
22. quest. 2. A fortiori autem colligitur, cum quoque mor-
tale perjurium committere, qui pro vero iurat id quod est
falso, taleque esse credit: aut etiam quod seit non esse
verum simpliciter, vt qui iurat se non fecisse aliquid, quod
fecit per alium. Nam in eo etiam perjurium committi a-
perte legitur ex eo quod bene notat Azor tomo 1. Instr.
Moral. lib. 11. cap. 8. quest. 2. insurandum non solum esse
interpretandum secundum communem sensum quem ver-
bhabent: sed etiam secundum sensum in quo iura so-
lent illa accipere. At secundum iura aliquis quid fecisse
dicatur, non tantum cum per seipsum vere fecit, sed etiam
cum per alium, iuxta illud quod habetur, lege Item apud
Labeonem ff. de iniuriis. §. fecisse vim coniunctio non tan-
tum videtur qui vociferatus est, sed et quoque qui
constitutus ad vociferandum, vel qui summis et vo-
ciferarentur.

81. Tertium documentum est, Eum esse perjurium, qui
pro certo iurat id quod verumve sit, et falso, varia du-
cius ratione ambigit: sive illud verum sit, sive falso; nisi
affirmet eo solo modo quo illud non sit: ea nimurum ratio-
ne quod Archidiaconus, quando Episcopo interrogante,
An qui sacros ordines volunt suscipere, sint digni: recipi-
deret esse quantum humana fragilitas nosse permitit. Ita
post Angelum verbo Perjurium, habet Nauar. in sequen-
ti num. 8. Itud documentum autem in eo fundatur, quod
contra mentem is loquatur, qui pro certo affirmat illud
de quo dubitat: arque de eo iurans, exponat se periculo
iurandi falso. Vnde fit ut amans periculum, pereat in il-
lo Ecclesiastici 3.

Quartum documentum est: de eo qui iurat quod reue-
ra est falso; sed credit esse verum, difficultatem esse quidem,
vtrum mortaliter delinqueret: sed eam facile tolli di-
stinctione; quam tangunt Nauari. & alij ab ipso citati in
cod. cap. 12. num. 6. Et autem, vt si ille qui iuratur aduertere
se iurare (sic enim de eo nunc loquitur) putet verum
esse quod iurat, sed ignorantia crassa ignorat falso esse;
tunc sine dubitatione committat perjurium mortale: quia
cum talis ignorantia sit inexcusabilis, relinquit actum in
sua naturali malitia: adeo ut mortale perinde sit ex ea, ac
ex scientia falsum iurare: quia temeritatem, non autem pru-
denter, tribui debet; si quis leui coniectura adductus ad
credendum verum esse quod reuera falso est, illud ab-
solueretur.

Sin autem ignorantia non sit crassa: & iurans non om-
nem quidem quam debuit, aliquam tamen adhibuit diligen-
tiam: ita ut ignorantia ipsius non iudicetur crassa: ipse quoque peccat, sed tantummodo venialiter, propter
plena deliberatione defectum (de quo in sequentibus
documentis) in eo qui sic animo affectus est; vt alioqui, id
est, cum plena deliberatione, nollet tale quid facere; vt
cum quis contra statum consuetudinem ex subito ita mo-
tu, vel lingue, lapsu inconsiderate iurat. Nam cum quis
iurat aliquid, a qualiter sic dispositus ut quantumvis ipsum
falsum esse aduerteret, nihilominus iuraret, non excusare-
tur a mortali: quia tunc inconsideratio non esset causa,
sed tantum comes iuramenti.

Si vero omnem quam debuit diligenter in cauendo
adhibuit, & falso nihilominus iuravit, eo quod illud pu-
taret verum esse, ne venialis quidem culpa reus esse cen-
setur ex ea parte: quia tale iuramentum materialiter tan-

tum, non formaliter perjurium est ob ignorantiam pro-
babilem, quæ excludens omnem voluntatem iurandi fal-
sum, excusat omnino à peccato perjurij. Adiuete autem
quod si quis post debitam diligentiam adhibuit, credat
solum probabiliter aliquid esse verum; & id tanquam cer-
tum confirmet iuramento, non videatur ex uslandus à
mortali, cum proferat Deum in testem certe veritatis, quā
non iudicat esse talem. Secus est etiam autem, si aliquo recto
sensu mente suam explicaret, ac secundum eandem mé-
tem iuraret: nec quid amplius affirmaret suo iuramento,
prout declaratum est in expositione tertij documenti.

*Difficultas de iuramento falso, quod per inaduentiam
proficitur, sine peccatum mortale.*

SECTIO ALTERA.

82. **Q**uinti documenti loco possumus adferre in medium
explicationem dubitationis. An iuramentum falso
ex inaduentia prolatum, excusat à perjuria mortali.
Et autem comprehendit potest duabus propositionibus.
Prior est, Si is qui iurat sit à mente alienus: vt ebrius, aut
furiosus, aut dormiens (quem contingit somniando lo-
qui vel iurare:) ex tali perjuro nullus culpa reus esse cen-
setur. Ratio est, quia cum careat usus liberis arbitrij, in nulo
peccat, iuxta dicta in præced. lib. 11. cap. 1. & alia multa
quæ tradit Cœnar. ad Cleonem, vnicam, De homicidio 3.
par. in initio. Idemque est similiter dicendum de puer
peierante ante usum rationis: cum abique eo, non sit li-
beri arbitrij usus ad peccatum requiriatur. Adiuete autem
quod si ebrius crediderit se per ebrietatem probabili
perierendi periculo exponi: perjurium ipsius non excusat à
peccato, cum sit voluntarium in sua causa. De quare Sylu.
& Caiet. in verbo Ebrietatis, ac Nauar. in Enchir. cap. 27.
num. 230.

Posterior propositionis est. Si quis, etiam mentis compos-
tos, inaduentem iuramentum falso proficerat, non est
peccati mortalitis reus. Hanc expressit Caiet. verbo Perju-
rium. Et probat: quia tale perjurium exit ab homine tan-
quam actus imperfectorum, seu non plene deliberatus. Pro
illis plenior intelligentia aduertere, quod utrum qui deli-
berat, seu plene iudicat de iuramento simul & de dicto;
seu, quod idem est, de affirmatione, vel negatione, quæ iu-
ramento ipso firmatur: si falso iure, mortaliter peccat
ex D. Thoma 2. 2. quest. 98. art. 3. ad 2. sic etiam vice versa
eum qui nec de iuramento deliberat, nec de eo quod iurat
sed totum proficer ex surreptione, non committere morta-
le: etiam falso iure: quod ex D. Bonavent. & Richar. in 3. distin. 1. 9. referunt Angelus verbo Perjurium
in principio, & Sylu. eodem verbo quest. 1. committit ra-
men peccatum veniale, vt Angelus addit. Quod intellige
dummodo surreptio non sit tanta, vt omnino tollat vol-
untarium: quia consequenter tolleret omnino rationem
peccati.

83. Addit, neque mortale perjurium esse, si quis de dicto
deliberet quidem, non tamen de iuramento. Id quod lo-
cū cit. notant Angelus & Sylu. & tanquam communem
sententiam sequitur Nauar. in Enchir. cap. 1. nu. 6. quam
& tribuit D. Thomæ in cit. art. 3. Et ratio esse potest: quod
tunc iuramentum non sit plene deliberatum, sicut requi-
retur ad peccatum mortale. Nihilominus est veniale
grave, quemadmodum Angelus expressit. Nimurum ob neglig-
entiam in tunc deliberando, vt de delicto, sic & de iura-
mento quod tanti momenti est scire. De eo vero qui
aduerterit se iurare, sed non aduerterit falso esse quod iu-
rat, dubium esse potest, an mortaliter peccet. Quidquid
autem aliqui contradicunt, possumus tenere quod ex D.
Bonavent. & Richar. Sylvestris loco cit. adserit: inaduen-
tiam hoc casu sicut in præcedenti, excusat à mortali:
quæ esse communem sententiam in cit. nu. 6. Nauar.
annorat: camq; sequi possumus ut fauitem timora-
ris conscientis (præfertim cum viri, etiam virtutis & suæ
salutis amantes, talibus inaduentiis obnoxij sint)
neque patrocinantem hominibus vitiis: quorum in-
aduentia solet esse crassa: ideoque minime excusans:

vpote quæ finit actum redire in naturam suæ formæ, seu retinere propriam eam malitiam, quam habet scienter, ac ex intentione factus: sicut ante diximus de ignorantia crassâ, cuius ea est quædam species.

Difficultas de iuramento ex prava iurandi consuetudine.

S E C T I O N . I I I .

Sexti demum documenti loco, addere ad extreum possumus explicationem alterius dubij, An si inaduentia contingat ob pessimum jurandi consuetudinem, ea possit à mortali aliquo modo excusare.

84.

Videtur ergo dicendum primo, consuetudinem iurandi per se sumptam, non esse peccatum: quandoquidem consuetudo nihil est aliud, quam frequentatio aeternum, quæ etiam si peccaminis finit, non ideo tamen illa est peccatum; sed tantum collectio & numerus quidam peccatorum: nullam aliam malitiam habens, quam corundem, quorum aggregatione constat. De qua re Sotus lib. 8. De inst. & iureg. 2. art. 3. cond. 7. pro eaque Sanchez aliquor citat in opere Morali lib. 3. cap. 3. num. 4. Neque etiam habitus qui ex huiusmodi frequentatione oritur, peccatum est: quoniam habitibus nec meremur nec demeremur, vt patet in dormientibus: nec de illis dantur praæcepta, sed de actibus in quibus est libertatis vius; & in quos solos quadrat definitio peccati quæ dicitur dictum, factum, qui concupitum contra legem Dei aeternam. Quin etiam iuramentum ipsum ex eo, quod ob consuetudinem iteretur, sepius (nisi aliud interuenire per quod vietatur) non efficietur peccatum mortale, vt Sotus ibidem recte probat: quia qui quis habitus generat actus similes illis ex quibus productus est. Vnde si hi non fuerint peccatum, aut tantummodo veniale, illi se non erunt peccata mortalia, vppote qui non accipiunt maiorem culpæ rationem ex eo, quod ex consuetudine, & habitu exercitantur, iterenturque sepius: quandoquidem eiusdem modi cum primo est, vt secundus sic & centesimus.

85.

Dicendum est secundo, quod si quis habet ear consuetudinem iurandi ad singula fere verba, sive falsum sit, sive verum illud quod iurat, & per inaduentiam, adeoque in delibera, falsum aliquid iuret, non ideo committere mortale per iurium: quia potest in eiusmodi iuramento contingere motus surreptitus; qui naturaliter lingua ita rapiat, vt culpam vel omnino tollat, vel certe veniale reddat: vt toutiē verbis ait Sotus in eadem concl. 7. Quod vero Caet. 2. q. 98. art. 3. ait (& approbat Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 6.) non excusari mortali cum, qui per inaduentiam falsum iurat, si ex consuetudine sic affectus sit animo, vt quantumvis ad id aduerteret nihilominus iuraret: Sotus ipse, sub finem cit. art. 3. improbat: quia inaduentia cum est inuincibilis, tollit omnino voluntarium, sine quo non est peccatum; neque ratio peccati fundari potest in habituali affectu, quo iurans hic dispositus est, vt iuraret quantumvis sciret falsum esse illud quod cum iuramento asserit. Nam dicendum alioqui est, raliter habituatos peccare mortaliter, quod verum inaduententer iurant (quandoquidem ex tali habitu iurassent, etiamsi falsum id esse ciuiscent) quod nimis durum esse videatur. Deinde illud solum facit ad peccatum, quod facit ad demeritum. Hec enim duo se mutuo sequuntur. Illa vero habitualis dispositio nihil facit ad demeritum: nam vt memorum solummodo per actus bonos (nec enim coronam fortis reportat nisi qui fortiter pugnat) ita etiam demeritum tantummodo per actus malos. Atque adeo sicut nihil ad rationem meritii conductit, quod si quis aduerteret ad hoc vel illud bonum opus, ipsum exequeretur: ita nec ad demeritum facit, quod quis, si ad hoc aut illud peccatum aduerteret, ipsum committeret. Vnde si vere inaduentia iuramentum aliquod falsum protulit, is, qui ex habitu erat alioqui sic effectus, vt etiamsi aduerteret, nihilominus peccates, à mortalitate. Eadem doctrinam cum Soto sequitur latiusque persequitur Suarez in citato lib. 3. cap. 7.

Atramen libenter cœcesserim Caet. & Nauarro, quod aliquando precipitatio suborta ex consuetudine, possit

tam culpabilis esse, vt iuramentum falsum pertingat ad mortale: quemadmodum Sylvester attigit in verbo Periurium quæst. i. vers. Primum. Etenim qui ob consuetudinem prauam, in quam se immergit: aduertere negligit, ac sine iudicio iuramenta effundit (cum amans periculum in eo pereat ex cap. 3. Ecclesiastici) si falsum iuret, non est censensus à mortali excusari: vt quando commotio subita non præripuit tempus cogitandi, sed sola consuetudo fecit, vt ex negligencia & nonnullo contemptu peccatum sit inaduententer. In quam sententiam Suarezit: vt patet ex fine precedentis cap. sexti.

Liberante quoque eidem concesserim, quod quiescet quis ex eiusmodi inaduentia culpabilis, orta ex prava consuetudine; iuris quidem verum, sed cum probabili periculo iurandi id ipsum, etiam si falsum esset, toties mortali committere: ita vt si qui ex prava consuetudine solent iurare quidquid in buccam venerit, videantur se pessime condemnandi periurij mortalis. Dico sapissime, non autem semper, quia fieri potest vt non obstante prava eiusmodi consuetudine, aduerterat quis verum esse quod iurat, intendatque verum iurare: vnde talis actus ipsius, ex bona intentione procedens circa obiectum bonum, certe potest bonus, non obstante prava consuetudine: ex qua non exercetur; sed potius contra quam exercetur. Late differens de his Sanchez videtur potest, in opere morali lib. 4. cap. 3.

Siroges: vtrum is qui iurandi consuetudinem haberet, si eo ipso in peccato mortali: Sotus in cit. concl. 7. responderet, non esse: nisi forte ponas cum non penitere præteritorum, animaliumq; habere faciendo similiter in futurum, seu non vitandi occasiones per quas in periurium incidit, & maxime præquam consuetudinem temere iurandi, quam extirpare nihil omnia curat. In quo casu nemo ambigit cum esse in peccato mortali per voluntatem fatem interpretationium, qua vult se exponere periculo iurandi falsum (de quo Suarez & Sanchez in locis citatis eruditæ suo more) id est absoluere non posse. Quod si sincere proponat abstinere, sequit ab occasiōibus peccandi subducatur, prauamq; consuetudinem extirpare studeat: quia non erit locus dictæ voluntati peruersus, nihil apparet vnde absoluere nequeat de rigore iustitiae. Quamquam sapientia salubre consilium est absolucionem differre tali, vt sic inducarat a recidivo cauere, inuigilando attentius: atque contraria consuetudini incumbendo; prauum habitum debilitate, ac extenuare, tandemque illum delere.

Atq; hæc circa periurium assertorium dicta sufficiant. De questione autem illa qua queritur an delinquat mortaliter is qui iurat id quod iuxta suam intentionem est verum, sed falsum est iuxta intentionem eius cui iuratur: nihil in praesente dicimus, quoniam de his quæ ad illam pertinent in sequenti lib. 2. c. 1. secl. 4. dicetur ex instituto; multaq; ex iisdem sufficienter intelligi poterunt ex dicendis sequentibus iuramento amphibologico in seq. cap.

Aliam questionem vero, Quale peccatum sit iuramentum verum quidem, sed factum sine necessitate vel virilate, aut de re mala bene explicat Suarez in eodem lib. 3. c. 12. duo docens communiter recepta. Prius est: Iuramentum assertorium cui veritas inest sufficienter cognitata atq; cognita, ac cui solum deest necessitas vel virilitas, non esse de le peccatum mortale. Ratio est: quia per illud non adducitur Deus in testem falsitatis: quodque diuinæ auctoritatis adhibeat per rem leuem aut vanam confirmandam, non est grauius irreverentia ipsius: cum in eo non agatur contra aliquid diuinum attributum, vnde ipse macula aliqua alpurgatur; sicut sit quando fallo iuratur; inducendo ipsum in falsitatis testem, qui est prima veritas.

Posterior est: Iuramentum illius eiusdem modi, cui solum deest iustitia seu honestas materia; non esse de se plurimam veniale peccatum: quia per illud Deus non constituitur testis mendacij, sed solum rei prava & indecentis, quod non est per se grauius iniuria Dei, cum in eo auctoritas ipsius assumeret quidem ad confirmandam rem prauam, non tamen vt praua est; sed vt vera est. Excede, nisi tale iuramentum fiat instrumentum peccati mortalis: vt cum quis prauo animo infamandi alterum narrat ipsum

occul-

87.

occulta peccata vera: & ut probabilior sit infamia, narrationem iuramento confirmat: quod fit contra sanctitatem iuramenti in notabilem Dei irreuerentiam, tanquam adhibiti ad cooperandum peccato.

C A P V T VII.

De perjurio promissorio.

S V M M A R I V M.

- 88 Iuramentum promissorium est peccatum mortale, si fiat sine animo ipsum seruandi.
 89 Quatenus ea ratione factum de re licita planis verbis seruandum sit in conscientia, aliquos propositionibus declaratur.
 90 Idem declaratur de facto verbis ambiguis.
 91 De iuramento ambiguo subintellesta conditione, qua ipsum verificatur secundum mentem iurantis, non item eius cui iuratur.
 92 Qui iurat se commissum mortale, peccat mortaliter, non item qui veniale.
 93 Tale peccatum est distinctum ab eo de quo iuratur.
 94 Quale peccatum sit iurare omissionem boni supererogationis.
 95 Factum de re indifferenti aut vano, peccatum est solum veniale.
 96 Non implere iuramentum promissorium, peccatum est de se mortale.
 97 Ex accidenti autem est veniale: non solum ob defectum plena deliberationis, sed etiam ob materiale uitatem.

Vero ad perjurium promissorium attinet, adiuvendū est ex Caiet. in verbo Perjurium, ipsum committi posse duobus modis; niem vel in presenti tempore quando fit; vel in futuro, quando non adimpletur: & in praesenti quidem contingere, vel ex mendaci animo, vel certe ex eo, quod materia quo promititur sit mala. Ita hoc cap. agens us primo, de eo quod est de praesenti, & ex mendaci animo. Secundo, de eo, quod est de praesenti, & ex mala materia. Postremo de eo, quod in tempore futuro committitur.

De perjurio promissorio, De praesenti contingente ex mendaci animo.

S E C T I O I .

DE hoc quid sentiendum sit exponemus aliquot propositionibus: quarum quatuor priores ad illud pertinent ut planis verbis: ceterae, ut verbis ambiguis concipiuntur.

88. Prima igitur propositione est, Quando aliquid sine bonum sive malum per iuramentum promittitur sine animo obligandi se ac seruandi illud semper committi peccatum mortale. Ita Caiet 2.2. quæst. 89. art. 2. ad 4. & in summulo verbo Perjurium Armilla eodem verbo §. 3. & Sotus lib. 8. De iustitia & iure q. 1. art. 7. ad 4. ac Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 11. & communem sententiam esse Theologorum aliquod citatis habet Suarez in tract. 5. De religione, lib. 3. cap. 17. num. 2. eam latius tractans. Sed nobis sufficere potest, quod satis pateat tum ex 22. quæst. 2. cap. 1. tum ex eo quod mendaciter tunc iuratur, fallitatisque Deus testis constitutur. Porro certum est eum qui iurauit non tenere iuramentum suum implere, immo peccare adamendo, si id quod taliter promisit, malum sit: quia nonquam datur obligatio ad male agendum; ne quidem intercedente iuramento; quod (vi hæc 58. regula iuris in 6.) non esse obligatorium contra bonos mores prælitum.

89. Sin autem illud, quod sub iuramento promisit, bonum sit, dubium est. An tencatur in conscientia seruare tale suum iuramentum tanquam obligans quoad Deum. Syllogist. quidem in verbo iuramentum 4. quæst. 19. negat teneri. Cui suffragari videtur: tum ratio, quia quoad Deum

obligatio penatur ex intentione: vnde qui iurauit absque intentione obligandi se, remansit liber à iuramenti vinculo: tum etiam textus in cap. Humanæ aures, 22. quæst. 5. Sic enim habet: Humanæ aures, talia nostra verba iudicant, qualia foris sonant i diuina vero iudicia, talia foris audiunt, qualia ex intimis preferuntur. Idem tener rationib[us] & authoribus allatis Sanchez in opere Morali, lib. 3. cap. 10. numero 8. Veruntamen oppositum tanquam tutius video tenendum esse: nimis iurantem eo quo dictum est modo, obligatum esse ad obseruationem promissi. Quia est sententia Caietani ad memoratum art. 7. Nauarri in cit. cap. 12. num. 4. & Sotii lib. 8. De iustitia & iure quæst. 1. artic. 7. ad 4. & aliorum quos Sanchez referit in præced. num. 7. Probatum autem quia obligatio est effectus naturalis iuramenti; ideoque non esse in hominum potestate, velle iurare (sicut hic supponimus velle) & obligationem à iuramento sciungere. Nec obstat authoritas cap. Humanæ aures in contrarium allati: quia non negamus obligationem iuramenti pro manare solum ex corde iurantis, sed tantum affirmamus, hoc ipso quod iurans habuerit in animo iurare, inde necessario iuramenti obligationem emanasse. Id quod in tract. 5. De religione lib. 2. cap. 7. Suarez late persequitur. Beneque ostendit non esse ad illud necessarium, vt simul concurrat intentio promittendi, seque obligandi, ac impleendi promissum. Cu[m] doctrina ratio fundamentalis est, quod ex sola intentione iurandi iuramentum habeat quod sit invocatio Dei in testem: id que tantum requiratur ad complementum naturæ ipsius, ex qua emanat consequitione quadam naturali, obligatio imposita verbis illis Exodi. 20. Non assumes nomen Dei tui in vanum, quæ constituunt secundum, in quo versamur, Decalogi præceptum.

Secunda propositione est: quod etiam si Caietano in verbo Perjurium & 2.2. quæst. 89. art. 2. ad 4. videatur mortale semper committi, cum sine animo iurandi, aliquid per iuramentum promittitur sive bonum sive malum: nihilominus video esse potius utrum distinctione: nemp[er] quod si cum animo non iurandi simul adiut animis non implendi illud quod iuratur: tunc sine dubio mortale committitur: sive iuramentum iuste exigatur, sive iniuste, vi fit à latrone. Nam grauis irreuerentia est & iniuria, qua hac ex parte Deo interrogatur: quandoquidem exterio[r]e saltem actu in testem mendacij adducitur. Atque hac ratione recte procedit Caietani sententia. Cui assentientur Sotus lib. 8. De iustitia & iure quæst. 1. artic. 7. & Cavar. ad cap. Quamvis pactum prima par. §. 5. numero 3. Ad eiusdemque confirmationem à simili Caietanus ipse inducit, quod is qui non animo colendi, sed solo actu exteriori coleret idola, mortalis peccati reus esset.

Si vero in iuramento promissorio, cum animo non iurandi non concurredit animus non implendi promissum: adeo vt quis ita fingat se iurare aliquid, vt nihilominus habeat in animo ipsum implere; probabiliter videtur sententia Sotii, loco citat. assertio[n]is tunc tantum committi peccatum mortale, cum iuramentum iure exigatur: nempe a iudice, vel ab alio cuius intercessu in contractibus & commerciis humanis. Nam iniuria notabilis est, quæ fit tum legi, tum parti in hoc casu: in quo requisitus teneatur sincere iurare. Quod si per vim & metum extorqueretur iuramentum, non committeretur mortale, quidquid velint Caietanus & Conarruas, quia ibi nulla estratio per iurij: cum ex hypothesi, is qui iurat, non intendat contravenire iuramento: sed est sola ratio mendacij quo fit: le iurare, cum non iuret. Mendacium autem non pernicisum (vt ponimus illud esse) non est de se plus, quam veniale. Eamdem doctrinam habet Suarez, quam & communem esse at in prius citato cap. decimoquarto dicto 4.

Tertia propositione est, Quod in uniuscumque iurato si in animo iurandi, nonquam teneatur ratione iuramenti, adimplere illud, quod sic iurauit. Ratio est: quia talis res iurera non iurauit, sed potius fixit se iurare: sive locis

citat[i]s